ut antequam ille feriret rete, iste superaret. Hec armatura <s>acra-
verunt Vulcano. Ignis enim semper insequitur, ideoque cum retiario
componebatur, quia ignis et aqua semper inter se inimica sunt. La- *Is. 18,56*
peariorum pugna erat fugientes in ludo homines iniecto laqueo im-
peditos consecutosque prostrare amictos umbone pellicio. Velitum *Is. 18,57*
pugna est ut ultro citroque tela obiectarent. Erat enim eorum varia
pugna et spectantibus gravior quam reliqua. Feralis pugna tunc erat *Is. 18,58*
amissas vestes iuvenes pugnare, excipere adversus eas, ultroneo fune-
re certare, non crimine, sed furore. / Epipata nihil habet negotii, sed *Is. 19,1,7 f. 62vb*
naulo dato in alias terras transire disponit. Sunt et retes (!) qui *nunc* *Is. 19,1,9*
raturie dicuntur. Est et trieris, carpasia, rostra, longe naves, dromo- *Is. 19,1,10–20*
nes, classis *longa, classis parva.* Anquiromachus, faselus, scava, barca,
paro, celoces classis apte, birenus, trirenus, quadrirenus, actuarie, yp- *Is 19,1,22–27*
pogaufin, potonium, limbus, carabus, portemia, trabarie.

---

358 superaret *KN* sacraverunt *K* 364 gratior feralis *K* 365 emissas bestias *Isid.* 366 epipata *K* 368 rates *Isid.* 367 raturie *K* 369 scava *K* 370 biremis *KN* birenus *falsche Lesung des Neap.?*